

detur agglutinata. Spero propediem me in Catalogo nau-
dinarum conspecturum. Apologeticum tuum pro D. Ursini
Fundamento de loenâ Romini impudenter post 30. annos
appugnato à Supplantatore Lauringensi. Francuerâ 22.
Decembris 1593.

231

ENOCHO HIMMELIO D. Pareus salutem.

Quod citius, Mi Himmel, non respondi, questionibus tuis, dabis
partim occupationibus meis, quae me nunc cum maxime distin-
erunt, partim eo existimabis factum, quod in morâ nullum
periculum esse videretur. Nec erat forte necesse, laborem
hunc sumere, cum quicquid respondero, haud multum studiis
tuis sim commodaturus, nisi mercedis loco pro navatâ mihi
operâ explicationem trium questionum obnixè à me peti-
visses. Ne ergo iniquus sim, et debitâ te mercede diutius
fraudem, sic me paucus exsolvo.

Quæris primò; Annoni Jacoby cap. II. de fide perfectâ seu for-
matâ loquens duplicem fidei justificantis formam ostendat,
internam et externam; et an utramque voce OPERAM com-
plectatur? Tu utramque putas; ego neutram. Fidei enim
justificantis, ut et rei cuiusque, una est forma, à quâ infor-
matur seu perficitur, et per quam operatur; eaq; interna,
cum sit internus animi habitus, nempe fiducialis notitia et
applicatio misericordiae Dei et beneficiorum Christi. Opera
verò sunt fructus seu effecta fidei externa: sicut justificatio,
sanctificatio, pax, gaudium etc. ejusdem sunt effecta interna,
quae cum formâ fidei non debent confundi, quoniam neque
quoad nomen neque quoad rem sunt ipsa fides. Sic operationes
animales et vitales sunt effecta animae, sed non forma: fructus
effecta sunt arboris, sed non forma. Nec caret periculo sen-
tentia tua.

247

sententia tua. Pontificiū enim utraq; manu arripere ut, opera
esse formam fidei, et eam ex informi formatam facere, eaq;
iustificare: quandoquidem per formam suam fides operatur
et iustificat. Nec elaberis distinctione, interna et externa
forma. Interna n. ab externa pendeat, et per eam opera-
bitur; cum quicquid rei forma est, per id res operetur. Per
opera igitur fides non minus quam per applicationem
fidelem iustificabit. Atqui hoc concessio, quid amplius de
iustificatione solius fidei cum Pontificiis contendimus? Non
igitur talis interpretatio textui Jacobi est inferenda, que
sententiam cum Evangelio pugnantem stabiliret. Exce-
pisse videris, Fidem non tantum absq; operibus, sed etiam
absq; applicatione esse mortuam. Ergo et hæc voce ope-
rum contineri. Hæc verò si syllogismo incluseris, confu-
es affirmativè in secundâ non melius, quam si colligas,
gallinam hominem esse: quia non tantum homo, sed
etiam gallina bipes est. Verum est fidem esse mortu-
am, tam que formâ, quam que effectis caret. Apostolus
verò non argumentatur à formâ, sed ab effectis, non à
priori, sed à posteriore colligens, rem non esse, ubi effecta
rei propria non sunt. Aliud etiam innuis. Abraham
iustificatum esse operibus vs. 21. et iustificatum esse fide-
li applicatione: hinc colligi putas, fidelem applicati-
onem nomine OPERUM comprehendendi; sed operum videtur
videtur. Aliter operibus, aliter fidei applicatione, iustifi-
catus est Abraham; hæc solâ coram Deo absolutè, illis co-
ram hominibus iustus est declaratus: alioqui Jacobi et histo-
ria et sibi repugnaret; cum iustificatum dicit operibus
seu opere, hoc est, sacrificio Filii vs. 21. | est n. enu-
lage numeri: | historia verò testatur, et mox Jacobus ipse
fateretur, Abrahamum multo antè fuisse iustificatum, cum
credere Deo vs. 23.

Ad secundam questionem transirem, nisi duo viderem in textu
esse, quae speciosius à Pontificiis argeri possunt. Unum quod
dicit Jacob v. 22. Ex operibus fidem Abrahami perfectam fuisse.
cum enim forma sit rei perfectio, videtur sequi, opera esse fi-
dei formam. Sed et hic incorruptar manifestam vides. Ma-
ior enim de perfectione rei essentiali; Minor de huius per-
fectionis externa declaratione loquitur. S. Papista contra
contendant, fidem Abrahami etiam ante immolatio-
nem filii s. quam specie pro genere, posita nomine, operum
intelligit Jacob v. 21. fuisse perfectam, sive ut loquuntur
formatam, tam ex hoc quam ex illa constat, ut modo osten-
sum est. Alterum quod Jacob dicit v. 26. Sicut corpus absq[ue]
anima est mortuum, sic fides absq[ue] operibus. Quod ergo ani-
ma est in corpore, id opera sunt in fide. At anima in-
formatur corpus, Ergo et opera fidem. speciosum sophisma
videtur, verum ut de Minore. nunc faciam, quae ἀκρο-
λογίας habet, cum anima non sit forma corporis, sed
animalis, elenchus est à secundum quid ut simpliciter. Neg
n. Apostolus opera confert animae simpliciter, quatenus
anima informatur corpus vel animal; sed quatenus externis
operationibus presentiam suam in corpore ostendit.
Quin in modo nullo modo animae confert, sed ipsis po-
tius animae operationibus externis, spirationi videlicet
et respirationi, quae non sunt ipsa forma, nec ipsa vita
animalis, sed formae ac vitae praesentis effecta et κερ-
τήρια. Neg n. dicit: Χωρὶς ψυχῆς sed Χωρὶς πνεύματος
per πνεύμα πρὸς καὶ ἀναπνοῆς sine dubio in-
telligens, quasi dicat, sicut absq[ue] spiritu et respiratione,
aliisq[ue] actionibus vitalibus corpus non est animal, sed cadaver
mortuum

de Ho 1595.

mortuam, et ex illarum operationum privatione. mortuum esse, seu animam carere. animadvertitur; ita absq; operationibus suis fides est mortua, et ex earum absentia non viva fides, sed mortuum fidei simulacrum esse cognoscitur. Habes, Inocentius, quomodo Jacobus fidelem applicationem a fide non excludat, nec tamen eam nomine operam comprehendat.

Quæris secundo. An Paulus Rom. V. doceat per Adami contumaciam omnes homines, nullo excepto, reos esse aeternam poenarum: nec tamen omnes ex æquo in Adamo ita esse condemnatos, ut in eterno sine ullo remedio sineq; condemnandi?

An verò nos omnes etc. Tu hoc posterius non putas, sed ut videtur prius. Ego verò fateor, me hanc subtilitatem non intelligere. Si enim hoc quæris: An reatu Adami omnes singulis pariter damnati, seu filii iræ naturæ, ut loquitur Scriptura: ab hoc autem reatu et damnatione. liberemur per Christum: nullam video dubitandi vel quærendi causam, cum utrumq; Scriptura diserte confirmet. Si aliud, non assequor, et explicari clarius velim. Nisi forte opponis illud: in Adamo et in nobis ipsis: et hoc quæris: an solam in Adamo olim fuerimus condemnati, quasi in lambis ejus existentes: an verò etiam nunc singuli nascamur damnationis rei in nobis ipsis: quod utrumq; Pelagiana hæresis olim negavit. Tu verò si hoc posterius non putas, cave, ne te hæresi involvas, et diversum putare. te jubet David, in peccato se conceptum asserens: et Paulus, omnes nos pariter mortuos in peccato, et filios iræ naturæ esse seu nasci, confirmans. Ut ne dicam de eo, quod idem Apostolus, unum peccato omnes nos peccatores constitutos et morti obnoxios esse testatur: utiq; in nobis ipsis, non in Adamo tantum.

Tertia questio ex Epistola Judae vs. 14. sic etiam tenuiter
 moveri videtur, ut sensum et usum omnem efugiat. Ho tamen
 nisi fallor, quavis. An Enochi oraculum tantum de impijs Eno-
cho coavis ante diluivium: an tantum de impostoribz seu ἐπι-
ποικίλοις, ut eos vocat Judas vs. 18. postremorum temporum
loquatur? Tu posteris non patas: Ego nec prius. Loquitur
 enim de utrisqz, quia de omnibz, cum dicat, ποιῶνται κρείβη
 κατὰ πᾶν τὸν καιρὸν ἐξ ἐδέξῃαι πᾶν τὸν καιρὸν ἀβυσσῶν ἀντίον.
 Nam quod sui temporis impijs iudicium Dei minetur Enoch,
 dubium non est, cum omnes ἀβυσσῶν, maximeqz presen-
 tes, quibz loquebatur, terrere voluerit. Quod verò etiam
 impostoribz futuris minetur, aqz patet, quia προεφη-
 τεῖα: et quidem τῶν καιρῶν, hoc est, istis ipsis, de quibz
 Judas pronunciat, et quia Judae auctoritate Prophetia
 Enochi impostoribz futuris iudicium denunciat, idqz univ-
 sale atqz extremum. Haec pauca ad Tua quosita habui,
 quae nunc responderem. Tu sequeris, quod videbitur, Suae
 mutz huc usqz fuit. si aliquando incidery in hominem
 Moguntia, cum competes, de responso velim. Vale. Hei-
 delberga 12. July. Anno 1593.

232)

Epistola Responsoria
 Serenissimi Principis
 Friderici IV. Electoris Palatini
 ad
 Illustissimum Principem, Philippum Ludovicum
 Comitem Palatinum Rheni, Duem Bavarid.
 Pro assertione Exegeus doctrinae de Coena Domini in
 Ecclesis Reformatis receptae.
 Ex Germanico D. Davidis Parei Latine, conversa.
 Literas, quas celsitudo Tua nuperinè ad Nos misit rectè
 accepimus, è quibz quid celsitudo Tua sentiat de Exegei
 doctrinae

Epistola Exegei illa
 in Zacharia Ursini
 opus: theol.
 tom. 1. fol. 807.